



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post  
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás  
[Nürnberg], [1537]**

**VD16 D 1300**

Censvra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34195**

Sophist

Augustinus

Lyranus

Ambrosius Lucæ 5. Nemo iustificatur ex lege , sed redi-  
mitur ex gratia . Sed quia Sophistæ nostri subtile sunt in di-  
uisione , cum Paulus dicat : Ex operibus legis non iustifica-  
ri quemque coram Deo , Galat. 2. Rom. 3. torquent ad solas  
legis ceremonias , sed & hoc auffugiū occludamus uulpecu-  
lis . Ex operibus legis ( Lyranus ) id est , siue naturalis siue  
Mosaicæ . Augustinus de spiritu & litera cap. 14. Quod de  
lege ( ait ) dicimus , quod non iustificat , non tantum intelligi-  
mus legem ceremoniarum , sed Decalogi quoque tabulas . En-  
ergo operistarum seu iusticiariorum ( ut indocto Monacho  
par pari referatur ) mysteria serpunt , nescientes de quibus lo-  
quuntur aut de quibus affirmant , animalia uentris & glo-  
riæ . Quod poterat atrotius flagitium in Christum cōmitti ,  
quam salutem operibus nostris tribuere , & Christi merita  
proculcare : tales proh dolor habemus pastores animarum .  
Lyranus Rom. 8. Fides in Christum liberat ab omni pecca-  
to originali & actuali . Sed credo Fratrem contentum fore  
& de quarto legis officio .

#### PROPOSITIO OCTAVA.

**N**atura nostra semper est immunda .

#### CENSURA.

**N**atura nostra non semper est immunda .

#### CONDEM. CENSURÆ.

**N**ihil potest tam reuerenter ac religiose dici , quod pos-  
sit sycophantorum morsum euadere . Solus Christus  
natura fuit mundus , quia conceptus ex spiritu sancto , sine  
macula